



*euiginate qit ihac ita uidet.*

*par si no potat pfectum v.*



XIII.

## Disputatio

D E D I V I D V I S E T I N-  
diuiduis Stipulationibus.

Q V A M ,  
*Annuente Deo,*

C E N S E N T E A M P L I S -  
S I M O I V R I S C O N S V L T O -  
rum Ordine, in Academia Tu-  
bingensi ,

*Præside V. CL.*

D N . D A V I D E  
M A G I R O , I C . E T  
I N E A D E M A C A -  
demia Antecessore, &c.

P R O S V P R E M O I N I V R E  
vtroq; honore impetrando, pro virili  
tuebor

A N D R E A S D I N N E R V S.

*Addiem 19. Februarij, in aulanoua.*

T U B I N G A E ,  
Apud Georgium Gruppenbachium.

A N N O 1603.

Dnō Thedoro sitzmanno I. V. candidato digniss.

A L M O L T O M A G.<sup>co</sup>

E T E C C E L L.<sup>te</sup> S I G N O R,

*Patron mio oss. mo il Sig.r Paolo Prucnero, Dottor di leggi & Sindico dellarepublica di Suinfurt.*

**A**VENDO CHIARAMENTE CONosciuto, che V. Sig.ria oltra al suo alto sapere & prudenza, conforme all' infinite sue belle parti & riguarduoli costumi, vi ha per compimento accompagnata vna singolare cortesia, & compiacendomi maggiormente d'un si grande acquisto: non è cascato in me principio alcuno di dubitatione, che douesse ancora restar seruita accettare queste mie ciancie, ò voglio dire, raccolta di proposte. Cosetta degna esser gradita da V. Sig.ria come frutto de suoi rari ricordi & ammonitioni, con le quali m'ha sempre mai ad ogni honesta & lodeuole impresa inuigorito & solpinto: si come ne fanno fede gli miei viaggi di Francia & d'Italia procurati da quella, di maniera, che mi sforzano a dire:

*Io son per me quasi un terreno asciutto  
Colto da voi, e' l'pregio è vostro in tutto.*

Scusimi però V. Sig.ria se volendo far fra mestesso risoluta elettione di tante sottigliezze, che in questo soggetto essersi scorgono, mi farei forse appigliato al peggio, & ancora, per non esser io tale, che potessi andare su le cime degli alberi, ò che fosse più intendente di tanti pellegrini ingegni, che vi si son trouati ben spesso smarriti. Tanto di me non presumo già io, sapendo per prouua, quanto sia difficile trouare il bandine di questa matassa. Ma spersonato pure dalla medesima cortesia di V. Sig.ria non hò potuto far dimeno, di non cauarmi la maschera dell' ignoranza, per farle hora vna minima dimostrazione dell' obligo mio; douendo la mia deuotione supplire a quel, che la mia debolezza foss' per mancare. Et così non potendo altro per hora, ne le bascio le mani, consegnandomele per seruitore. Di Tubinga alli 13. di Gennaro 1603.

Di V. Sig.ria M. to Mag.ca & Ecc.<sup>te</sup>

Affett.<sup>mo</sup> Seruitore

Andrea Dinnero.

## I.

## De diuiduis & indiuiduis Stipulationibus.

**L**ERNÆO CONFLICTVI, ET MA-  
ri naufrago difficultatem considerationis huius meritò Iuris Interpp.  
comparauerunt. Veruntamen dum difficultati huic plures mederi cupiunt,  
effectum est, ut hodie non minùs remedijs, quām olim morbis, laboretur. Vsus  
autem eius, cùm in pluribus reis & fideiussoribus, tūm in pluribus dominis ser-  
ui communis: præcipue verò in pluribus heredibus tām promissoris, quām  
stipulatoris conspicitur, atq; hoc nobis pleraq; nostra referuntur.

### THESSIS I.

**D**I V I S I O S T I P U L A T I O-  
num, qua aliæ diuiduæ, aliæ indiuiduæ esse  
constituuntur, (a) ad naturam & condi-  
tionem rerum factorumq; , quæ in eas dedu-  
cuntur, pertinet, (b) & respicit vtrumq; membrum  
illijs diuisionis, qua quædam in dando, quædam in fa-  
ciendo consistere dicuntur. (c)

a) l.2 § 1. & l.4 § Cato l.72. stipulationes non diuiduntur. ff. h.t. nostro  
de verb. obl. (b) Duo enim hac veniunt in stipulationem, res & facta. §. vlt. l.  
de verb. obl. qua prout sunt diuidua vel indiuidua, ita & Stip. d.l.2. §. 1. & d.l.4. §.  
Cato. Ex quib. constare potest de definitione diuidua & indiuidua Stip. cùm à sub-  
iecti natura hac diuiso sit desumpta. d.l.72. & d.l.2. in pr. h.t. Quod enim ad effe-  
ctum, executionem & præstationem harum stipulationum attinet, alia quadri-  
membris diuiso traditur in l.85. in executione. ff. d. t. nostro. (c) de qua in pr. d.  
l.2.

### II.

Indiuiduum duobus modis ex sententia Bartoli &  
vet. intelligitur, Naturâ, (a) & ex accidenti. (b)

a) Quod ne intellectu quidem diuidi potest. l.17. via. ff. deseruit. (b) ut  
prohibitione legis, qua feudum ducatus &c. non potest diuidi, c. 1. §. praterea de  
prohib. feud. alien. per Frid. vel testatoris, l.114. filius fam. §. 14. dini. ff. deleg. 1.  
ut conuentione partium, vel expressâ, l.122. qui Roma. §. 3. coheredes ff. h.t. l.14.  
in hoc. §. 2. ff. com. diuid. vel tacitâ, vel l.5. §. si non sortem. ff. h.t. nostro.

## Disputatio de diuiduis

## I I I.

Individua ergo naturâ suâ sunt primum seruitutes omnes, (a) excepto usufructu. (b)

a) d.l.2 §.1. d.l.72 h.t.l.1. §.9. si ususfructus. ff. ad L. Falcid. Pro parte enim neq; adquiri, neq; in obligationem deduci, d.l.17. via. ff. de seruit. l.6. si quis duas §.1. ff. com. prad. neq; legari possunt, l.11. in fin ff. de seruit. quia videlicet usus earum est individuus, ut ait d.l.17. Neq; obstant, quæ in partes diuidi seruitutem, l. ut pomum, s. in fin ff. de seruit. & constitui ad certam fundi partem. l.6. ad certam ff. eod. d.l.6. §.1. l.25. si partem, ff. de seruit. rust. itemq; secerni horis & interuallis temporum dictitant, l.s. §.1. ff. d.t. de seruit. l.19. arbor. ff. communi diuid. l.2. §.1. ff. de seruit. rust. Quia hac diuisione ad ipsam seruitutem non pertinet. l.4. in fin ff. de seruit. d.l.6. Maximè aut censentur individua ratione individua distributionis in plures heredes l.25. heredes §.10. contra ff. fam. ercisc. l. ea quæ. 192. ff. de R.1. Ex his liquere nobis potest de illa quæstione: An operarum stipulatio sit individua? Negat Molina. in Labyrintho suo, per l.8. si quādo. ff. de oper. libert. & Hotoman. 18. quæst. illustri. Non recte. d.l.72. h.t. in verbis: vel operas. d.l.1. §.9. si ususfr. ff. ad L. Falcid. ibi, nec pars opera intelligi potest. text. singularis in l.15. libertus §.1. ff. de oper. libert. Diuiduntur quidem numero, d.l.15. §.1. & l.54. in stipulationibus §. operarum ff. b.t. sed propterea nihil magis dividua sunt, quam seruitutes, quæ tempore & mensura dividuntur, ut dictum, & probatur l.1. ff. de oper. ser. iuncta d.l.72. ibi: Idem puto, & si quis faciendum. (b) qui est individuus l.16. & puto ff. fam. ercisc. l.s. ff. de ususfr. d.l.1. §.9. & l.81. sed ususfr. ff. ad L. Falc. l.7. communi §.10. cum de ususfr. ff. com. diuid. ratione quoque iuris ad crescendi. l.3. ff. de ususfr. ad cres. Porro ususfructus non est facti, sed iuris, & pars dominij, l.4. ff. de ususfruct. l.70. Si à reo §.2. ff. de fidei ususfr. l.58. ff. b.t. l.21. §.3. ff. de except. rei iud. Sicut & ipsum dominium constituio diuiduum, contra Hotom. illustr quæst. 18. per l.3. si ut certo. §. vlt. ff. commodati, cum preceptor meo Dn. Huberto Giphanio. Vsum tamen contra eundem Hot. dicto loco, omnimodo dicimus individuum, l.19. usus pars ff. de usu & hab. quia neq; minui, neq; excedi potest: Vt non potes, si minuas, l.12. plenum. ff. eod. si excedas, abusus erit. d.l.12. §.1. Licet usus insit ususfructui, l.14. per seruum §.1. ff. de us & hab. cuius & pars esse dicitur in l.58. qui ususfr. b.t. Quæ difficultas ita Bartolum torcit, vt diceret, cogitandum esse de hoc dubio: Ego ad commoditatem hoc refero, quod dicitur inesse, ea ratione, qua actus iter: via utrumq; continere dicitur. l.1. ff. de seruit. rust. prad. non ad partes integri. Idem ergo iuris in usu, quod in illis, quæ meritis sine nudis facti sunt, d. l.2. §. item si in facto. ad l.72. vers. idem puto. b.t.

## I V.

Tales etiam sunt partium voluntate stipulatio generis, (a) poenæ, (b) conditionalis. (c)

a) Genus in iure est idem, quod Dialeticis species, ut homo, equus: Species verò in iure, Dialeticis individuum dicitur, ut Stichus, Bucephalus. Ab utroque quantitas differt, tanquam à corpore, l.30. talis & l.47. sumires. §.2. ff. de leg.

leg. 1. Species pro parte peti & prestari potest, l. 9. stipulatus & item ff. de solut. Generis pro parte prestari non potest. l. 2. §. 1. vers quadam partis ff. h. t. d. l. 9 quia solutione, ut Interpp. loquuntur: ut Iure consulti, executione individuum est, dividum verò natura sua siue obligatione. l. 85. in executione §. 4. pro parte h. t. Individua ergo est generis obligatio ex accidenti, quod in ea hac videtur mens fuisse stipulantum, ut totum consequerentur, licet incertum fuisse stipulati, neque homine in genere promisso, in diversis hominibus partes soluerentur, d. l. 85. §. 4. ideo pars soluta, cum pro eâ non nascatur liberatio, vel conductio potest, vel in pendentia est liberatio, donec alius totus detur d. l. 2. §. 1. Quæritur, quæ cōdictio hic competit? Conditionem indebiti cū Bart contra Alciat. & gl. competere dixerim. per l. 26. si non sortem §. pen. ff. de condic̄t. indeb. Liberantur tamen heredes promissoris generis, soluendo pro parte, si quidem cum uno ex illis actum fuerit, isq; absolutus est, idemq; est, si pars unius accepto lata est, d. l. 2. §. 3. si tamen. ubi de absolutione dissentit Alc. l. 17. qui hominem ff. de acceptil. iuncta l. qui hominem. 34. ff de solut. ex quibus duab. posterioribus de hac differentia acceptilationis & solutionis constare potest, utraq; enim est Iuliani. neq; refert, quod utraq; loquitur de stipulatione alternativa, confertur enim ferè semper alternatiuacum stipulatione generis. l. cum i. 32. §. fin. ff. de condic̄t. indeb l. 2. §. 1. in fin. & d. l. 85. §. 4 pro parte. in fin. ff. h. t. d. l. 9 iuncta l. 105. stipulatus. ff. h. t. Non autem liberabitur heres sola conuentione pro parte, nisi & absolutus esset, cūm non nisi pro parte conueniri unus heres ex obligatione generis potuerit d. l. 58. §. 4. & non conventione, sed solutione quis liberetur l. 1. si apud duos. 43 depositi cui similius est acceptatio & absolutio. Item quæritur, si iudicio ita conuentus ex hac stipulatione unus heres promissoris victus sit, an adhuc partes tantum reliquorum supersint? Ait D. Donell add. l. 2. §. 3. ff. h. t. quia, inquit, obstabit stipulatori exceptio rei iudicata, si consecutus partem incertam hominis ab uno heredum, quem vicit iudicio, incertam adhuc partem petat ab eodem. Sed contraria verior mihi videtur opinio, quam defendit Dn. Giphanius. ad eandem l. 2. §. 3. quod iniquum sit litigantis quidem heredis meliorem esse conditionem quam non litigantis, & contra, stipulatorem persequendo caussam suam deteriorem facere, contra. l. non solet 68. & seq. d. reg. Iur. (b) d. l. 58. §. pen. & l. 5. stipulationum. difficili §. si sortem. ff. h. t. ubi pœna & obligatio, etiam in obligatione dandi dividua, ut fundi & sortis, tamen est individua. Ratio intricata est, quia hac videtur mens esse contrahentium, ut non liceat citra pœna & commissionem partes soluere. Quod licet in persona creditoris iam ante erat constitutum, ne in iuto ipsi particularie posset obrudi solutio, l. 41. Tutor. §. Lucius ff. de usur. l. 3. ff. fam. ercisc. tamen lex XII. tabb. in heredibus illam obligationem adhuc diuidebat: l. 2. 6. & 23. licet. C. fam. ercisc. l. 2. & 25. heredes §. 13. idem. ff. eod. l. 26. pacto. C. de pact. l. 2. C. de hered. act. l. 1. C. si cert. pet. huic verò in commodo divisionis medetur pœna adiectio, tanquam obnoxia & voluntatis indicium, parem q; creditoris & heredem eius constituit caussam. d. l. 5. §. vlt. Prouisio namq; hominis facit cessare prouisionem legis. Dd. ad l. 3. ff. d. reb. cred. Quæ de pœna dicta sunt, etiam in pignore locum habent d. l. 85. §. 6. h. t. nec enim pars eius solui potest, licet dividuus alioqui possit l. 19. qui pignori. ff. de pignor. Aliud tamen est in pœna adiecta obligationibus facti individuis, de quib. in l. 2. §. fin. l. 3. & l. 4. §. Cato. l. 38.

*Stipulatio ista §. 17. alteri. ff. h. t. (c) l. 56. cui fundus ff. de condit. & dem. d. l. 85. §. pen. d. l. 41. tutor §. Lucius. de usur. Diff. Molinaus in Labyr. per l. 13. si ita ff. de manum. test.*

## V.

Facta item pleraq; indiuidua sunt, (a) sub quibus & stipulationes non faciendi continentur. (b)

a) Notiones, quibus factum diuiduum ab indiuiduo discernatur, constituit Bar. has, ut indiuidua sint, in quibus pars non tantam utilitatem parit, quantam totum collatione sui ipsius: item, qua si pro parte prætentur, pro parte etiam eius, quod interest, haberent solutionem, atq; ita in diuersis rebus fieret solutio. Quas reg. examinat Preceptor meus D. Andr. Fach. lib. 10. qui nouissimè reliquis ipsius libris controv. Venetijs accessit, c 74. & exagitat Molina. in Labyr. ipse inops meliorum. Baro lib. 1. & 2. de diuid. & ind. & Hotom. indiuidua agnoscunt, quorum vel nulla vel inutiles sunt partes. Raph. Cum. indiuidua facit, quæ sunt visibilia. Alij, quæ corpore exequimur, indiuidua: quæ verò animo, diuidua esse facta constituunt. D. Giph. facta nuda siue mera aut esse indiuidua, quæ verò iuris aliquid continent, diuidua: Quæ reg. non caret ratione, & auctoritate Vlp. in l. 52. in conuentional. §. 1. h. t. l. 7. consilio. §. vlt. ff. de curat. furios. Gædd. de contrah. stip. c. 6. concl. 22. n. 307. Rectè quoque hoc ex cuiusq; facti oblati natura dignosci posse aliquis existimauerit. Sic fundum tradi, fossam fodiri, insulam fabricari vel opus fieri indiuidua sunt, quia facti nudi, cuius diuiso corrumpit stipulationem l. 72. Stipulationes non diuiduntur & l. 4. §. Cato h. t. quia operis effectus in partes scindi nequit, l. 85. in executione. §. 2. ff. eod. neque fecisse hac videtur, qui non propriam formam, quæ ex consummatione contingit, dederit. l. 80. si is qui §. quadam ff. ad L. Falcid. l. 5. §. ope- re. & l. 139. adficia §. perfecisse. ff. de verb. sig. Et de Stipulatione, Rem tradi, nullum est dubium. d. l. 72. & l. 28. si rem. ff. h. t. l. 7. consilio. §. vlt. ff. de curat fur. Stipulatio verò vacuam possessionem tradi, diuidua est, quia causam bonorum continet, d. l. 52. §. 1. h. t. siue possessionis dominium, non nudum factum. l. 49. possessio ff. de adquir. poss. Ita Cuiac. ad d. l. 52. §. 1. CL. & celeberrimus IC. D. Hen. Bocerus Preceptor meus, classe 1. disp. de stipulatione, thesi 34. D. Giphian. ad §. vlt. l. 4. h. t. (Diff. Donell. ad d. §. 1.) Sicut & stipulatio Rem dari. §. 14. Sic itaq; discretis l. de act. l. 3. ff. de usufr. quia dominium respicit, quod est diuiduum, ut sup. dict. Dari pro parte potest, tradi pro parte non potest, & tamen verum est ad dationem necessariam esse traditionem. l. 20. C. de pact. quæ cum nudam meramq; rei translationem contineat, detentionemq; solum tribuat, natura videlicet diuidi non potest. Hinc quoq; dubitatum est, de obligatione seruitutum, An dandi sit vel faciendi? Quod posterius intelligi non potest. l. si unus 19. & l. fin. ff. de seruit. rust. l. fin. ff. commun. præd. l. 3. ff. de usufr. Donell. ad l. 2. in pr. h. t. n. 2. Dat enim seruitu- tem, qui cedit: d. l. fin. com. præd. licet autem, & qui dat, faciat aliquid, & verbo faciendi dare contineatur. l. 218. verbum. ff. de verb. sig. tamen magna est inter dandi & faciendi obligationes differentia, & faciendi eas esse intelligimus, quæ si- ne datione sunt. Datio ius respicit, non factum. id circorectè quoque seruitutū stipula-

tatio



ratio separatur à faciendi obligationibus. l. 2. §. ex his & §. item si in facto h.t. quia res sunt, non facta. Cuiac. ad d. §. item si. Diff. Accurs. quis faciendi: & Zaf. qui mixtam facit. Frider. lib. 3. de processib. c. 12. n. 11. & c. 14. n. 8. ubi confundit dandi & faciendi obligationes. Porro ut stipulatio, Rem restitui, & què atq; illa, Rem tradi, habeatur indiuidua, neotericorum suffragia euicerunt. l. 4. §. vlt. ff. h.t. l. 3. §. 3. heres. ff. commod. l. 22. si duo. ff. depositi. Erit tamen diuidua eo casu, cum definit esse nudum factum, & possessio vel hereditas venit restituenda. l. 9. in conditione. ff. de condic. furt. l. 9. si plures. ff. de vi & vi arm. (b) ut Stipulatio Per te non fieri, neque per heredem tuum, quò minus mihi ire agere liceat. d. l. 2. §. item si in facto. & l. 4. §. Cato. h.t. §. vlt. l. de verb. ob. l. 121. qui non facit. ff. de R. I. Hæc stipulatio eadem est cum illa, ire agere licere. in d. l. 2. §. fin. itemq; cum illa, iter fieri, qua breuius ita concipitur in d. §. Cato. D. Bocerus d. disp. th. 101. Diuersa tamen est à stipulatione Itineris, earatione, qua differunt stipulationes dandi & faciendi: rerum, & factorum.

## V I.

Difficilem dubitationem Celsus mouit, cum in diuiduis faciendi obligationibus, post moram, succedere ait id quod interest, & ita illas diuidi: (a) dubitantibus Dd. an post moram adhuc factum, an id quod interest, tantum, an verò alterutrum alternatiuè peti possit? (b) Et pleniùs videtur dicendum, post moram non solùm adhuc factum: (c) sed & alternatiuè factum, aut id quod interest: (d) vel denique solum id quod interest peti posse, quo casu inuito stipulatori factum ampliùs solui non poterit. (e)

a) l. 72. Stip. non diuiduntur. vers. Celsus & l. 81. quotiens. vers. & Celsus. h.t. l. vlt. ff. si quis in ius vocat. non ier. l. 13. si quis ab alio ff. dere iud. qua est Cels. Idem dicitur. l. 68. si paenam. l. 97. si ita. §. 1. l. 112. si quis §. 1. ff. h.t. §. vlt. l. de verb. obl. Cuius ratio ex factorum natura incerta peti debet. l. 26. si non sortem. §. 12. libertus ff. de condic. indeb. l. 31. inter artifices. ff. de solut. (b) Existimauit enim D. Giphan. In Stipulatione faciendi venire post moram, id quod interest, ita ut solum sit in obligatione, petitione & præstatione: factum verò contineri quidem Stipulatione, sed ita ut peti non possit. Fundamentum opinionis sua & peti, ex d. l. 68. & l. 84. si insulam ff. h.t. atq; ita vult accipi leges, qua debiri, & venire in stipulationem, id quod interest, agi ad id quod interest, & in illud condemnandum esse promissorem, dictant. dd. ll. 72. & d. l. vlt. si quis in ius voc. & reliquis litera a allegatis. A qua opinione minimum differt illa Donelli ad d. l. 72. qua factum planè in obligatione non esse neg. in iusto, neq; postea affirmat, præcipue ar. l. 1. ff. de penit. leg.

leg. d.l.84. Tertia D. Cuiacis sententia est, qui id quod interest, non venire statim post moram temporis, quo fieri factum oportuit, sed sum demum, cum amplius fieri perrerum naturam non potest, contendit. Sed, quod pace tanti Iuris consulti dixerim, non subsistit hac sententia, propter d.l.72. §. vlt & alias in pr. allegatas. (c) Est in obligatione, d.l.13. ff. de re iud. §. vlt l. de verb. obl. peti ergo potest. §. 1. l. de act. præsertim cum non appareat de nouatione aliqua disertè actum esse. l. fin. C. de nouat. Confirmat hanc sent. l.11. fideicommissa. §. fin. ff. de leg. 3. & rectè argumentatur ab obligationibus faciendi à lege inductis, ad obligationes, quibus expresse quisq; se obstrinxit, l.35. si quis argentum. C. de donat. ut in his magis etiam ad faciendum obligemur. l.29. si quis C. de pact. Ias. in l.2. n.20. h.t: Corras. lib. 2. misc. c.3. n. 4. Quid ergo est? An sicut peti factum potest, ita compelli quis inuitus ad factum poterit? Et verissima mihi videtur sententia, iudicis prudentis in eare versari arbitrium, l.2. ff. de in lit. iur. l.71. si domus §.3. qui confitetur ff. de legat. 2. qui coget; si qua manifestè contumacia vel dolus promissoris in tradendo vel faciendo appareat. l. qui restituere 68. ff. de rei vind. l.3. §. 3. ff. commodati. Ita quoque ad tradendum cogi venditorem vel donatorem posse arbitror, siquidem rem habent l.11. §. 2. ff. de act. empt. §. alia. Inst. de donat. vid. D. Fach. lib. 2. contro. c.30. (d) Bartol. & Eguin. Baro de diuid. & ind. Ad factum idè agi potest, quia antequam id tempus præterierit, quo perrerum naturam fieri factum potuit, ne peti quidem potest, l.14. si ita. & seq. h.t. Ad id quod interest agi posse, omnibus illis probatur textibus, quib. venire illud in faciendo obligationem suprà est demonstratum. Robert. lib. 1. animad. c.17. (e) Atq; hic est sensus l.84. si insulam. ff. h.t. quia desinit aliquando post moram interesse, factum ipsum præstari, ut si mora impatiens stipulator per alium fieri curauit. l.44. stipulatus es. ff. de fideiussor. Sunt sanè facta quadam, quæ non recipiunt id, quod interest, sed præcisè sunt præstanta, sed illam manifestam & specialem habent rationem. De his videatur Gomes. tom. 2. c.10. n.22. & Frider. de process. &c. lib. 3. c.14. n.5.

## V I I.

Ex his ergo, quæ dicta sunt facile de reliquis diuiduis, tam rebus, quam factis iudicari potest. Rebus: quæ causam habent discretam, & in duplice sunt differentia, generum aut specierum: (a) Illa namq; vniuersi partibus, hoc est numero: hæ integri partibus diuiduntur. (b) Vnde duplex omnino diuisio, in partes scilicet diuisas & partes pro indiuiso, etiam in rebus incorporalibus. (c)

a) l.2. §.1. & l.54. in stipulationibus. ff. h.t. l.2. §.1. ff. de reb. cred. (b) d. l.54. & l.117. si centum. ff. h.t. 10. Gædd. de contrah. stip. c.6. conclus. 22. n.287. (c) Satis vero hinc manifestum euadit, indiuiduum, & diuiduum in Iure secus, quam in Physicis considerari, quibus quæcumq; sunt incorporalia, sunt etiam indiuidua

uidua cum Arist. lib. 3. de anima. Diuiso verò in lute fit ciuiliter, hoc est, ratione iuris, dominij, & utilitatis, qua propterea intellectu potius, quam corpore partes facit, ut ait Vlp. l. s. seruus. ff. de stip. seruor. l. Maius 66. §. sed et si pars. ff. de legat. 2. adeo, ut res, qua alioqui natura sua est indiuidua, iuris usu sit diuidua, tametsi eam non res, sed intellectus sequestrat, ut ait Macrobius. in somnio Scip. Quo etiam pertinet dictum 1C. A. Cascelij apud eundem Macrobius Nauem si diuidas, perdes. Scilicet, pro partibus diuisis: Pro indiuiso namq[ue] partes recipit. d. l. s. l. placet. 25. ff. quib. mod. usufr. am. l. s. §. vlt. ff. commod. l. i. ff. de enict. l. i. §. 17. hoc interdictum. ff. ut possidetis. l. 25. recte ff. de verb. sig.

## V I I I.

Vnde res diuiduae erunt illæ, quæ numero, pondere, mensura diuiduntur, (a) vt pecuniæ quantitas: (b) id quod interest. (c) Item, species siue Pamphilus, (d) obligationes hereditariæ. (e) Facta, vt stipulatio non agi, (f) habere licere, (g) possidere, (h) & alia, quæ iuris aliquid continent. (i)

a) Generis similis est quantitas & res fungibles ad hoc, ut numero diuidantur. l. 2. §. 1. ff. dereb. cred. l. 29. cum Stichus in fin. ff. de solut. l. 2. §. 1. & l. 72. h. t. (b) d. l. 2. §. 1. & l. 4. §. Cato h. t. l. 85. in executione §. 1. eod. Non obstat l. 3. §. si non sortem h. t. qui textus omnes & pricipiæ torsit Cuiac. Is enim de pena accipiendus est, ut supr. th. 4. littera b. ostensum est. Hinc male quidam decisionem petunt illius controversiæ, An in iuto creditori particularis fieri solutio possit? Nee enim procedit argumentum: Pecunia quantitas diuidua est. Ergo diuisum solvit creditor iuto potest. Non enim posse hoc fieri, adeo ut parte deposita pecunia debite, integræ summa adhuc debeantur usurâ, docet l. tutor. 41. §. Lucius. ff. de usur. f. l. 3. ff. famil. ercisc. neq[ue] aliter constitui potest, sine iniuria stipulantis, ut ait d. l. 3. §. vlt. h. t. l. 21. quidam ff. de reb. cred. l. fistulas. 78. §. 2. ff. de contrah. empt. Quantitas enim, licet per se diuidua sit, ut C. aurei, ratione tamen summa & comprehensionis est indiuidua, ut partes solui non possint. Partem tamen liquidam debitum illiquidum teneri acceptare creditorem, verius est, quem esse sensum d. l. 21. paret ex subiecta eius legis ratione. Sic etiam in iuto creditori partes soluent heredes debitoris, quo casu lex mutat obligationis conditionem in persona heredum. l. 2. C. de hered. act. & d. l. 85. §. 1. h. t. (c) l. 72. §. Celsus h. t. (d) l. 9. stipulatus sum. §. item qui ff. de solut. l. s. seruus. ff. de stip. seruor. pro indiuiso, & ciuiliter. dd. ll. & l. 25. ff. quib. mod. usufr. am. Incommode tamen hanc fieri diuisiōnem fateor, §. eadem. §. vers. quod si commodè. l. de off. iud. f. l. 1. & 2. C. commun. diuid. l. 34. §. 2. C. de donat. cum duocui, id est, ratione partium corporalium diuidi quidem possit Pamphilus, non autem ratione forma essentialis. (e) quia Lex XII. tabb. has diuidit. l. 1. C. si cert. pet. l. 25. heredes. §. an ea. & §. 13. idem. ff. famil. ercisc. l. 23. licet C. eod. l. 26. C. de pact. non diuidit autem in his, quæ natura sua sunt indiuidua, quia

nec diuidi possunt. d. §. 9. l. 129. eaqua in partes. ff. de reg. iur. Porro hereditas etiam sine corpore, iuris habet intellectum, & diuidua est. arg. l. 30. Iurisperitos §. 1. ff. de excusat. l. quod contra 141. §. 1. ff. de reg. iur. contra Hotom. Quod tamē monstrosimile videtur Seneca lib. 6. debenef. qui has vocat argutas ICtorum ineprias. Obligatio autem ipsa talis erit, qualis res, modo diuidua, modo indiuidua, sicut e. ipsa stipulatio, (f) text. express. l. 4. §. Cato. ff. h. t. (g) quando videlicet significat iure dominij possidere. l. 38. stipulatio ista §. 6. hi qui, ibi: non enim factum. e. §. 9. habere. ff. h. t. Alioqui cum habere significat idem, quod tenere, quia facti est nudi, quemadmodum haberem depositam dicimus, indiuiduum est. d. §. 9. habere. iunct. l. 130. quod dicitur. ff. h. t. l. 138. habere. ff. de verb. sig. & secundum posteriorem hanc notionem accipi debet in l. 3. ff. h. t. ubi Habere licere, comparatur cum stipulatione, ire agere licere, quam indiuiduam esse nemo ambigit. d. l. 130. (h) l. 26. locus. ff. de adquir. poss. (i) ut supr. thes. lit. a.

## I X.

De effectu huius diuisionis ita constituimus: Ex indiuiduis dandi obligationibus, plures heredes promissoris teneri in solidum singulos, (a) ut tamen ita conuento, remedio consulatur iudicij famil. ercisc. (b) Sed & vicissim, stipulatoris heredes singulos ex his experiri in solidum. (c)

a) l. 2. §. ex his. l. 72. h. t. l. 192. Eaqua. ff. de R. I. l. vlt. ff. de seruit. leg. l. 17. via ff. de seruit. Idem est in obligatione generis, l. 85. in executione. §. 4. h. t. Et recte indiuidua natura, & indiuidua solutione comparantur. d. l. 2. §. 1. (b) Siquidem nondum diuisa est hereditas: d. §. ex his. Sin post diuisionem solidum prastitit, cautione indemnitis ipsi consultur, quam iudex famil. ercisc. ex officio interponi curabit, ut cum iudicium hoc, nisi semel, suscipi non possit, l. 20. si filia §. 4. ff. famil. ercisc. si forte unus coheredum, ex culpa vel mora alterius, conueniatur, id quod communi nomine prastitit, pro parte a ceteris consequatur. l. 25. heredes. §. 10. contra. ff. fam. ercisc. Sanè, si diuisa iam hereditate ita cautum non sit, si forte cum seruitus peteretur, quidam soluendo non essent, iniquum erit unum aliquem conuentum solidum pristare cogi, cum illud propter reliquorum inopiam repetere forsitan non possit, prasertim cum estimatio hoc casu succedat, qua est diuidua, d. l. 72. §. Celsus. arg. d. l. 25. §. 9. an ea & §. contra. ibi: cautiones interponi debere. (c) d. l. 2. §. 2. vers ex quo quidem. Ibi: singuli in solidum habeant actionem. d. §. 9.

## X.

Diversa est ratio stipulationum facti indiuiduarum, ex his enim tenentur quidem heredes promissoris, ex facto alieno, (a) sed vniuersi in solidum, siue proportionibus hereditarijs: (b) Sicut & singuli stipulatoris heredes

redes ex his agunt in solidum, vno prohibito, cum poena adiecta est, repellendis tamen doli exceptione his, qui non prohibiti sunt: (c) si adiecta poena non sit, pro parte tantum prohibiti committitur stipulatio. (d)

a) Quod non est iniquum, quia factum quod in partes diuidi non potest, ab omnibus quodammodo factum videtur, ut ait l. 4. §. Cato. h.t. l. 131. Julianus. eod. l. 25. §. 12. in illa. & l. 44. inter §. 5. quod ex facto ff. fam. ercisc. Sed habent itidem actionem famil. ercisc. contra coheredes, ita conuenti ex aliorum facto. d. l. 2. §. 5. item si in facto & l. 85. §. 3. quod si h.t. sicut & in dandi obligationibus. Non idem dicendum est diuisa hereditate, hoc enim casu sufficit, si ita conuentus cesserit creditori actiones suas. arg. l. 51. quod debetur. ff. de pecul. l. nemo. 171. ff. dereg. iur. (b) Text. expressus in d. §. Cato. non autem singuli in solidum, sicut in dandi obligationibus, quod quidam existimârunt per d. l. 25. §. in illa ff. famil. ercisc. quia in illis inest præstatio eius, quod interest: l. 75. ubi §. 7. h.t. in his non item. ut supr. thes. 6. (c) l. 2. §. contra. & l. 3. §. 1. h.t. quia in his nisi in solidum peccari non potuit. d. §. Cato. Porrò cum semel adiecta poena existit conditio, non potest amplius scindi vel diuidi, l. 85. §. item si ita h.t. & protinus locus fit poena petitioni, in solidum, contra heredes promissoris, qui proinde uniuersi, vel collectiue, conflatis portionibus hereditariis, tenentur d. §. Cato. Cuiac. ibid. Ceterum si illi poenam petant, aduersus quos nihil factum est, merito repelluntur, quianec ipsorum interest: At poena eius quod interest, loco succedit. §. vlt. 1. de verb. ob. l. vlt. ff. deprator. stip. Nec obstant, l. 3. & l. 38. stipulatio ista. §. alteri, 17. ff. h.t. ubi non quaritur, an intersit, cum poena adiecta est, quia verum est, cum incertum est, an & quid intersit. Vbi vero certum est, nihil planè interesse, ibi aquitas suadet, heredem non prohibitum, nec poenam consequi debere. Perspicua quoq; est differentia inter heredes promissoris & heredes stipulatoris, quod uno prohibente herede promissoris idem est, ac si omnes prohiberent, quia interest prohibiti à nemine prohiberi: d. l. 3. §. 1. Exaduerso, uno prohibito herede stipulatoris, reliqui non prohibiti non possunt conqueri, quorum nihil interest, nisi adiecta poena. d. §. 1. (d) d. l. 2. §. contra. h.t. Cum enim in his obligationibus succedit id quod interest, d. l. 72. §. Celsus h.t. satis appetat, singulorum heredum stipulatoris non interesse, nisi pro ea parte, qua heredes sunt, neq; actionem dari illis, in quorum persona nihil contrauentum est.

## X I.

Quærunt omnes, conuento vno promissoris herede, ad seruitutem præstandam, in solidum, cum fundum illum haberet cum pluribus communem, an adhuc seruitutem solus constituere possit, an liberetur æstimationis solidæ solutione? quod multis visum est. (a) Sed quò minùs ad ipsam seruitutem solidam teneatur, nulla no-

B 2 bis

bis iusta causa videtur. (b) quod secus est, si fundum omnino non habet. (c)

a) perl. 2. ff. de seruit. l. unus 34. ff. de seruit. rust. l. vlt. ff. com. prad. Bart. & Dd. Cuiac. ad l. 2. §. ex his. h. t. Quin etiam videbatur deducta seruitutis stipulatio in eum casum, unde incipere non poterat, d. §. ex his. vers. sed quidem hoc casu. Cum enim solidum fundum haberet defunctus, recte stipulatur seruitutem, que postea vitiatur, si vel partem alienet, vel ille fundus inter plures heredes dividatur. l. 11. pro parte. ff. de seruit. sed istam regulam non esse perpetuam ostendit, l. pen. ff. h. t. §. 14. ex contrario. l. de legat. Cuiac. ad d. l. 2. §. & harum h. t. (b) Cum & ipse defunctus ad hanc teneretur: non ergo mutari debet conditionis obligatio ex persona heredum. d. l. 2. §. ex his. Unde cognoscitur, hic unum aliquem conuentum non inferre praetudicium cateris constituendo seruitutem in re communi, neq; enim sua sponte hoc facit, sed ex defuncti contractu, quasi conditionis stipulationis hereditaria extiterit, ut ait l. 44. inter. §. quod ex facto. ff. famil. ercisc. ex qua, cum unus teneatur in solidum pro alio, recte quoque ex bonis communibus, ut liberet, solvere poterit, arg. l. 8. si procuratorem. §. 7. si ignorantes. ff. mandat. & cogere cateros id ratum habere, qui alioquin suam quisq; partem agnoscere coguntur. l. 25. heredes. §. 10. conera. ff. fam. ercisc. Eadem ratione unus heres opus, ad quod faciendum tenebatur, solus facere iubetur, & cohereditum pro parte eius imputare. l. 11. fidei-commissa. §. 23. si in opere. & §. seq. ubi idem in seruitute constituitur. ff. de leg. 3. f. arg. d. l. 25. §. contra. Est sanè quadam hic difficultas in præstatione, sed illa non facit inutilem stipulationem. d. l. 2. §. ex his. h. t. Recte quoque Duaren. cum vocando ait coheredes, & cogendos à iudice, ut communi opera seruitus imponi possit, scilicet tum, cum fundus iam diuisus est. arg. l. vlt. C. de duob. reis. (c) tunc enim necessariores deducitur ad estimationem. d. l. 25. §. 9. an ea. & seq.

## X I I.

De poena facto diuiduo adiecto ita habet Cato: contra facientem heredem pro sua tantum parte teneri. (a) Inde dicendum; uno ex heredibus emphyteutæ per triennium in solutione canonis cessante, solam illius partem, non etiam reliquorum fieri caducam. (b)

a) l. 4. §. Cato. h. t. neq; hic opus villa dolii exceptione, quemadmodum defactis indiuiduis suprà dictum est, ex l. 2. §. contra. h. t. cum ipso iure non nisi pro dimisso parte hic poena committatur. Ideò solus committet poenam, qui, puta, ratum non habuit, & exaduerso, ager solus, à quo petitur. (b) l. 2. C. de iur. emphyt. quia hic factum est diuiduum d. §. Cato. & propterea & quum sit suum cuiq; factum non alteri damnosum esse. l. 15. factum. ff. de reg. iur. l. 5. de pupillo. §. 5. ff. de op. no. nunc. & in eo quantitas versatur, qua est diuidua. l. 2. §. 1. l. 85. §. 1. h. t. D. Fach. lib. 1. contro. c. 97.

De

X I I I.

De doli stipulatione controversum est: Nos illam modò diuiduam, modò indiuiduam esse asserimus, prout sunt facta, quibus adjicitur.

Magnos iudicis quisq; tuetur in tanta controversia. Ab aduersa parte stat Cuiac. Zaf. & alij. à nostra Lelius Taurellus. Duaren. Donell. maximi utrinq; iurisprudentia duces. Evidem cùm dolis stipulatio pandecte quadam sit, que omnes omnino contractus recipit, quasi per saturam collatos. l. 22. si id quod aurum. l. 38. §. 13. si quis dolum. l. 83. inter. in pr. l. 121. ff. h. t. unde & clausula dicitur, l. 53. stipulationes & l. 119. dolis clausula, ff. eod. & ex consuetudine tabellionum omnibus instrumentis inseritur: Satis constat, si stipulationi pecunia, que diuidua est, alijsq; diuiduis adjiciatur, illas per adiectionem huius clausula non fieri indiuiduas. Deinde non semper esse indiuiduum dolum, ex eo etiam probatur, quod multis casibus, etiam in causis indiuiduis dolo faciens solus, non etiam coheredes teneantur, l. 9. in depositi. ff. depositi. l. 3. §. 3. & l. 17. in commodato §. 2. ff. commodati. l. 31. quod si nolit. §. Pomponius. ff. de adilit. edict. l. 6. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edend. quod idem etiam in pluribus dominis, l. 5. si plurimum. §. 1. ff. de noxal. act. & pluribus tutribus cernitur. l. 55. tres tutores. ff. de admin. tut. l. vlt. C. de diuid. tut. In quibus tamen dolus unius alteri non nocet. His addenda l. 22. si duo. ff. depositi. l. 21. redhibere §. 1. ff. de adilit. edict. Grauitor oppugnat hanc opinionem post alios lo. Gædd. de contrah. stip. c. 6. conclus. 22. n. 320.

X I V.

Cui consequens est, in doli stipulatione non idem semper obtinere, quod de reliquis faciendi stipulationibus indiuiduis dictum est, (a) sed illud mitigari à Paullo, (b) qui illam stipulationem cum stipulatione ratum haberi comparat, (c) quam constat esse diuiduam. (d)

a) teneri ex facto unius etiam ceteros. l. 2. §. 5. item si in facto & §. vlt. l. 3. l. 4. Eadem in pr. ff. h. t. (b) In d. l. 4. §. Cato. vers. sed videamus. h. t. Cùm videlicet perpendret, in actionibus bona fidei, ut depositi, commodati, tutela, item pratorijs siue adilitijs illum heredem solum conueniri & ante omnes, qui in doli stipulationem commisisset, ut ostensum est. Non ergò corrigitur in totum, principium eiusd. l. 4 pervers. sed videamus, quod existimârunt Taurell. & Donell. & illos securus D. Giph. cùm multis casibus dolis stipulationem etiam indiuiduam esse non insicer. Neq; tamen displicet eiusdem D. Giph. conjectura, principium d. l. 4. & §. Cato, non esse Pauli IC. sed potius Sabini, cui utpote antiquiori conueniret Catonis vetusti IC. allegare auctoritatem, (floruit enim Sabinus Tiberij tempore. l. 2. §. 47. post hunc ff. de orig. iur.) quod non solent facere recentiores, inter quos est Paulus: l. 43. Titius ff. de act. empt. incipere autem eius verba in d. vers. sed videamus. qui vers. reprehensionem continet principij. Quod si omnia Pauli esse conste-

## Disputatio de diuiduis

tuamus, illud absurdum non effugiemus, quod d'ipse sibi in eadem l. contradicere videtur. (c) d. vers. Sed videamus. ut proinde referatur ad principium eiusdem l. in quo de doli stipulatione agitur, quod reprehendit. Ita Taurell. Baldwin. Duar. Perspicuum enim est, hac verba: sed videamus, ne non idem hic sit: sed magis idem, quod in illa stipulatione. Titum heredemq; eius ratum habiturum, non posse referri ad stipulationem. Per te non fieri, quo minus mihi ire agere liceat, de qua proximè actum erat in §. Cato. quippe cùm ha dua stipulationes nihil habent commune: hac enim regulariter individua est, l. 2. §. 5. h. t. illa dividua. l. 2. §. 2. ff. de prator. stip. Minus verò locum habebit interpretatio Ias. Zaf. Cuiac. & Gædd. qua vers. hunc vult referri ad stipulationem. Amplius non agi, de qua itidem in §. Cato erat actum, ut ha dua stipulationes, Ratum haberi, &, Amplius non agi, hoc vers. comparentur, atq; ita hic vers. quasi probationem quandam contineat §. Cato. Quod tamen verba illa, Ne non, nullo modo permittunt, sed reprehensionis vim habent, quod & locutionis latinæ ratio postulat, l. 43. post quam ff. de petit. her. l. 18. si domus. ff. de us. & hab. l. 13. taberna. ff. de instruct. & instr. leg. l. 26. videamus. ff. de adil. ed. l. 1. ff. de seruit. leg. l. 40. quibus. §. 2. quidam Titio. ff. de condit. & dem. l. 56. quod seruus. ff. de pecul. Restat ergo, ut de pr. d. l. 4. dubitatum esse proponamus, illudq; restrictum ad humaniorem interpretationem, cùm, quod in §. Cato reprehenderetur, nihil esset. Sed & alibi ha dua stipulationes, Doli, & Remrat. haberi conferuntur, ut in l. 19. in stipulatione. & l. 22. si sine. ff. Remrat. hab. Diff. alter Ant. Faber. lib. 3. coniect. c. 7. ipse merito reprehensus à Gædd. de contrah. stip. c. 6. concl. 22. n. 328. (d) d. vers. sed videamus. In quo cautionem non à procuratore, sed à domino præstitam, relevandi procuratoris causâ, verius arbitramur, ut in l. 65. si procuratorem ff. de procurator. §. sin autem vers. vel praesens. l. de satisdat. quod etiam verba volunt in d. vers. sed videamus, que de procuratoris herede accipi non possunt. Sanè, cum pœna adiecta est, ipsum dominum non posse ratum habere pro parte, manifestum est, propter pœna videlicet conditionem, quam nisi in solidum committere non potest: quod tamen facti dividui natura eius largitur heredibus, ut non habens ratum heres pro sua tantum parte in stipulationem peccet, qui est sensus verborum in fin. eiusd. vers.

## X V.

In pari causa est stipulatio de defendendo s aliquando dividua, (a) aliquando individua, ut in stipulatione duplæ & alijs individuis. (b) Quod tamen Geilius scribit, heredes venditoris, singulos in solidum, ad cautionem euictionis præstandam teneri, alienius videtur. (c)

a) l. 40. si communes. ff. de negot. gest. l. 2. §. 2. incertam. ff. de stipulat. prator. iuncta l. 6. iudicatum. ff. iudicatum solui. Sunt namq; pratoria stipulationes regulariter dividua. l. 32. pœnales. §. 1. Julianus. ff. ad L. Falcid. facit arg. l. 4. §. Cato. & ibid. Alciat. n. 150. h. t. (b) l. 4. in fin. l. in executione. 85. §. 3. in solidum. l. 139. cùm ex causa.

caussā. ff. h. t. l. 62. si rem. §. 1. ff. de euict. l. 17. ex clausula. ff. iudic. sol. l. 4. loci. §. 3. si fundus. ff. si seruit. vind. (c) lib. 2. obf. c. 14. Tenentur quidem in solidum, sed uniuersi, id est, proportionibus hereditarijs. d. l. 85. §. 5. & d. l. 139. in fin. l. 65. rem hereditariam. ff. de euict. Venditor enim non tenetur de euictione, nisi quatenus vendit l. r. ff. eod. Cum ergo uniuersi heredes vendant pradium, id est, pro indiuidis singuli partem suam, pro iisdem parribus etiam uniuersi tenebuntur ad cautionem, non singuli. d. l. 62. si rem. §. 1. de euict. Non prætereunda hic nobilis quæstio fuit, An vendor, qui ad rem defendendam tenetur, obligetur emptori ad sumptus, quos in re empta defendenda fecit, tum cum euicta res non est? Et teneri putat Dn. Fach. lib. 2. contro. c. 38. relatis multis alijs. Quod negandum puto. Cum enim res ipsi per euictionem ablata non fuerit, utiq. habere ipsi adhuc licet, id quod hac defensione continetur. l. 24. non tamen. l. 57. habere licere. ff. de euict. Cogitur quidem vendor adesse liti, ut eam instruat, ne res euincatur, l. 29. si rem. §. vlt. ff. eod. qua euicta omne ad ipsum spectat periculum: l. 8. & l. 21. §. 2. ff. de euict. l. 9. si controuer- sia. l. 17. l. 21. C. eod. Verum, extra hanc caussam, iniquum est, in infinitum ipsum ad defendendum teneri, quod hoc odiosum legibus nostris. l. 4. §. vlt. ff. de peric. & com- rei vend. l. 13. qui bona. §. vlt. ff. de dam. inf. l. 11. fideicomissa. §. 18. si quis decem. ff. de leg. 3. l. 9. si mora. ff. solut. matr. l. 23. ut inter. C. de SS. Eccl. Ipse præterea emptor subinde & agere caussam euictionis dicitur, & vinci, l. 16. euicta. §. 1. l. 21. §. 2. l. 51. si per imprudentiam. ff. de euict. quod argumento esse debet, nihil eum consequi hoc nomine ab auctore suo, cum nemo soluere videatur, ut recipiat, l. 171. nemo. ff. de reg. iur. Atq. hic finem impono salebrosa materia, in qua difficile sanè est, ex fu- mo, quod ait Flaccus, lucem dare. Quod si quid in hac vidi, quod sentio, quam sic exiguum, faciem mihi eam adrem praluxerunt lectiones doctiss. præceptorum meorum, inter quos honoris caussa nomino Cl. Dn. præsidem meum, quib. hoc acceptum fero. Quos tamen non ita consecutus sum, ut ex spicilegio hoc meo, messem ipsorum estimare oporteat.

### Corollarium I.

**L**EGERM Galliae, (le mort saist le viv) qua defuncti possesso in heredem si- ne noua appræhensione continuatur, iuri communi repugnare: Con- suctudine tamen introductam, quoad effectus possessionis, vtilem esse.

### I I.


Eleganter tentari potest, contrà quam communiter Dd. docent, pri- mum testamentum, quod testator iurauit se non mutaturum, per secundum non reuocari.

### I I I.

Qui rem alienam bona fide emptam, & ipse tertio vendidit; re à tertio usucaptâ, vel alio modo extinctâ, non aliter vero domino ad pretium restitu- endum teneri, quam si ex causa lucrativa rem illam nactus fuisset, contra Cuiac. tueblimur.

**E**rrata. thesi 6. linea 1. pro, cum in diuiduis. Legendum: cum in indiuiduis. th. 4. in allegatis. lit. b. linea. 11. pro, creditoris & heredem eius. Legendum: creditoris & he- redum eius.

F I N I S.



WILHELMUS DE HESSE

WILHELMUS DE HESSE

10

01 A 6518



3

VD 17

2010 ✓

11 2



17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496



497

498

499

500

**Farbkarte #13**



Dñs Theodoro Sitzmanno J. V. candidato digniss.